

Coitum illud inter nos amicitiae  
fœdus, fac non nisi nobiscum mo-  
riatur. De me, ita me sancta Hy-  
geja nostra amet, hunc affectum ti-  
bi spondeo : qui vehemens ( Ami-  
citiæ genium juro ) in te fuit , sta-  
tim ac concepi. Quia verò virtutis  
causâ, quæ æterna ; æternum a' am:  
quamquam & ob mei amore reciprocum ; quo pluris me facis &  
as-  
timas, quam mea mediocritas me-  
retur. Præsta , inquam , fidem &  
Miracula illa tua Chymica ede. E-  
de: ne talentum tibi à D E O com-  
missum humi servasse videare. Me-  
tuis ab obstreperorum quorundam,  
ad nascentē Famam tuam obruen-  
dam conatibus ? Ride, vicissim ir-  
ride, & solo contemtu, ut facis, ab  
istis te vindica. Immò felicitatis  
loco habe. Quò enim plures in ra-  
mos luxuriavit arbor; eò strepitum  
densiorem ab aurâ vehementiori  
commota edit ; fortius verò , quam  
paucioribus à ramis instrueta alia,